

28

SANCTISS. D. N. INNOCENTII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ X.

CONSTITUTIO SVPER EXTINCTIONE, ET SVPPRESSIONE
paruorum Conventuum, eorumque redactione ad statum secularem, &
bonorum applicatione, ac prohibitione erigendi noua loca Regu-
laria in Italia, & Insulis adiacentibus.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

INSTAVRANDÆ regularis disciplinæ opus multis laboribus, ac vigilijs
à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris iampridem assumptum nobis in-
dies magis, magisque cogitatiis cur ad optatum finem huc usq[ue] perduci non
potuerit, torque saluberrima decreta, & ordinaciones ferè in irritu ceciderint: illa
tandem præcipua sele obtulit originis causa, quod Religiones quâ plures ex pa-
truis Conventibus, ac domibus magna ex parte conflantur, in quibus siue ob redi-
tuum, & eleemosynarum tenuitat[er], siue ob aeris intemperiem, siue aliam ob causâ
non aluntur, nec ali possunt tot Religiosi, quod ad peragendum ritè Diuinum cul-
tum, & regularia munia ex cuiusque Ordinis præscripto sunt necessarij. Etenim in
tam exiguo numero ibi degêtes, nec Diuinum Officium nocturnum pariter, & di-
urnum in Choro celebrare, nec orationi mentali, ac spiritalibus collationibus, &
exercitijs, ac studiis in communî vacare, nec silentium clausurâ, viram communem,
cæterasque institutiones servare possunt, quæ ad tria principalia yora ordinantur,
& sine quibus coösistere vix possunt regularis vita bases, & fundamenta. Quam
obrem otio immersi nullum Religiosæ vitæ specimen præferunt: foli incendunt
per r[u]bes & loca, cum secularibus vagantur, ac mundanis negotijs se involunt.
Indeque fit, ut ibi collocati renuant Religiosi probatae vitæ, ac disciplinæ & Super-
riores cogantur illic familiam constitutere ex fratribus vita laxioris, qui loci licé-
tia peiores sunt: & si quando ad Cœnobia, seu Monasteria regularis observantiæ
reuocantur, à claustro, quasi a squalore careeris abhorretes vix adduci possunt, vt
communem servent in moribus disciplinam, atque alicorū Institutionibus se cō-
forment, quin potius cæteros auerunt, vel certè reddant suo exemplo segniores:
Vnde relaxationes deriuantur in Ordines, & sensim invalescunt in ipsorum Religi-
num dedecus, & ruinam. Præterea (quod dolo[us] referimus) ad huiusmodi Convé-
nitus, præsertim in locis infrequentibus, & solitarijs tamquam ad Asylum facinoro-
si homines, & Curiæ cōtumaces, vel proscripti in dies configunt, ibique loci im-
munitate freti turpiter, ac dissolutè viuentes, atque inde in tempore exēentes gra-
uiora perpetrant flagitia cum maximo Populi scandalo. Cumque Conventus, siue
loca parva huiusmodi in effrenaram quasi excreuerint multitudinem, hinc licet omni-
bus intelligere quæcumque reformationis remedia casta fore, & irrita, quandiu no[n]
fuerint à Religionibus abscessa. Quæ potest enim si pes esse corpus languidum, &
infirmum ad salutem reducendi, si magna illius pars est curationis incapax, quin po-
tius reliquam partem insicit, atque contaminaat? Hac quippe sunt zizania, quæ cū
iam creuerint vsque ad messem, sunt in fasciculos a liganda, & à Religionum tri-
co separanda. Hac sunt vulpes parvula, quæ demoluntur vineas. Hoc est feten-
tum, quod totam maiestati corrupcit. Quæ omnia, atque alia plura pro Pastorali
nostra solitudine dū multumque animo revolvet. vt Sacre Religiones in multa
tudinem latius incremento secundatis per vniuersam Ecclesiam diffuse à vepri-
bus, & spinis emundatae vberes germinent fructus. Nos etiam ab ipsissimis Religioni-
bus

nam Superioribus reformationē zelatibus cōfribus interpellati; & cōfribus
quātūbus Populorum querimonijs permoti salutare remedium adhibere consula-
ordinatione de creuimus. Itaque de voto Congregationis aliquorū Venerabilium
fratrum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum
Romanae Curia Prałatorum super statu Régulariū à nobis deputatae, cui hoc ne-
gocium sedulò ac mature examinandum commisiſsimus, motu proprio, certa scie-
tia ac maturā deliberatione nostris, deq. Apostolica potestatis plenitudine om̄i-
nes, & singulos Conventus quorūcunque Monachorum, ac Regulārium virorū
bona immobilitate possidentiū vel non possidentiū cuiuscunque Ordinis Mendicant-
tiū, vel non Mendicantū, Congregationis, Societatis, & cuiusvis alterius Insti-
tuti, etiam Societas Iesu, etiam si illis Animarum cura personarum sacerdotalium
incubat, Statute, Hospitia, vel Graecia, seu alterius Monasterij membra, existentes
intra fines Italie, & Insularum adiacentium in litteris ab eadem Congregatione
propediem expediendis nominatis exprimendos, in quibus ob parvum numerum
Religiosorum Régularis disciplina iuxta peculia ria cuiusque Ordinis Instituti ser-
vari nō posset, auctoritate Apostolica tenore präsentium perpetuò ex inquisi-
tione supprimimus & abolemus vna cum omnibus eorum dignitatibus, officijs, ac mi-
nisterijs, illosq; ab omni proprietate, dominio, superioritate, iurisdictione, ac alio
quocunque iure regularium eximimus, & totaliter liberamus, om̄enque Con-
vénialitatem itulum, escentiam, ac denominationē regularem in eis poenitus ex-
tinguentes, illos ad statum sacerdotalem reducimus. Reservata tamen ipsi Congrega-
tioni facultate conservandi Religionibus aliquem ex Conventibus expressis in me-
moratis litteris, si hoc ex aliqua rationabili causa expedire iudicauerit: salvis etiā
iuribus, qua fundatoribus Conventuum sic supressorum, vel alijs ex Sanctorum
Canonū in prescripto, vel ex priuilegio Apostolico quomodolibet cōpertunt. Quō
circa dlectis filijs quorūcunque Régulariū Superiorib; tam Generalibus, quā
Provincialibus, & localibus, quoquā nomine, ac titulo nūcipientur, in virtute
sancte obedientiae districte præcipimus, & mandamus, vt singuli, ad quos per-
tinet, infra terminum sex mensium inchoandum à die præsentationis litterarum à
predicta Congregatione, vi præmititur, expediendarum faciēde in Romana Curia
Procuratori Generali cuiusque Ordinis, vel Congregationis, aut Societatis di-
mittant realiter, & cum effectu coram Ordinarijs locorum sub testimonio publico
eidem Cōgregationi per eosdem Superiorib; regulares exhibendo possessionē cor-
poralem. Conventū in eisdem litteris expressorū; & reservata eis facultate se-
cum apportandi prophanam tantum, non autem sacram suppelleti lem. Religio-
fos inde amoueant, atque in alijs Monasterijs eiusdem Ordinis, vel Cōgregationis;
aut Societatis collacent: alioquin poenas priuationis vocis actiuae, & passiue, nec-
non dignitatum, & officiorum, qua tunc temporis obtinebunt, & perpetue inhabi-
litatis ad illa, vel alię in posterum obtainebo, absque alia declaratione
incurrant. Eoquē termino elapsō non licet regularibus in Ecclesijs diectorum Cō-
ventuum Missas, & Diuina Officia celebrare, confessiones Sacramentales audire,
vel alia Sacra menta administrare, ac functiones Parochiales exercere, aut Verbū
Dei prædicare, vel mortuos sepelire. Quod si secus egerint, eo ipso Ecclesijs rema-
neant supposita Ecclesiastico interdicto. Et nihilominus locorum Ordinarij, vbi
per litteras ipsius Cōgregationis fuerint requisiti, Religiosos rebelles, & refracta-
rios à prædictis Conventibus ejiciant, etiam invocato, si opus fuerit, brachijs sacer-
taris auxilio: & exinde Ecclesiārum, Domorum, bonorumque omnium ad Conve-
tus sic suppressos quomodolibet pertinentium regimen, curam, custodiam, & ad-
ministrationem suscipiant, currentque, vt ex eorum redditibus, & prouentibus vni-
uersis in primis, & ante omnia impleantur onera misstrarum tam bucusque non ce-
lebratarum, quam in posterum celebrandarum, & alia quacumque ex lege funda-
tionis aut largitione fidelium, vel alias quomodolibet eis incumbentia quibus nullo
modo derogare intendimus, & cura animarum, si qua illis imminent per Presbyteri-

fros sacerdotes idoneos ab ipsis Ordinariis approuados laudabiliter exerceatur. Eccl^{esi} que debitor non fraudetur servitio. Ceterum intendentes de predictis bus
 quis, quotquot super fuerint operibus, ut supra dictis, salubriter prouidere, ea-
 rumdem tenore praesentia bona huiusmodi applicatas, & applicata esse decer-
 nimus, & declaramus ipsi vsibus in eisdem metris locis, vbi siti sunt Conventus, ijs
 que non indigentibus, in alijs locis eiusdem Diocesis iuxta designationem, & pa-
 ritionem, quam eadem Congregatio singulorum Episcoporum cum suis Capitulis
 sententia prius audita, & plena totius negotiis relatione habita, de mandato nostro
 faciet in suis litteris ad eosdem Episcopos scribendis, & in Cancellaria Episcopali
 registrandis ad perpetuam rei memoriam. Verum quia parum est mala praecidere,
 nisi etiam malorum causa, & radix euellatur, Constitutiones felic. record. Bonifa-
 ci VJJ. que incipit, Cum ex eo. necnon Clementis UII. incipien. Quoniam ad
 Institutam, aliorumque Romanorum Pontificum Pradecessorum nostrorum super ere-
 ctione novorum Conventuum editas earumdem tenore innouantes, illisque adden-
 tes, hoc perperuo prohibemus sedicto ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Me-
 dicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cuiusvis alteri
 us Instituti, etiam Societas Iesu in aliqua Civitate, Castro, Villa, seu loco ad
 habitandum Domos, vel loca quacumque de nouo recipere, seu Monasteria, Con-
 ventus, vel Collegia incipere, vel fundare presumat absque Sedis Apostolice licen-
 tia speciali plenam, & expressam faciente de prohibitione huiusmodi mentione in
 scriptis, & gratia concedenda praevia examinatione Congregationis negotiis Epis-
 coporum, ac Regularium praeposit*x*. si secus egerint, eo ipso incurvant penas pri-
 uationis, & inhabilitatis, ut supra inflicta: & nihilominus receptiones, fundatio-
 nes, & erectiones sint ipso iure nulla, & invalida: & Domos, ac loca ipsa & personae
 in eis degentes omnino iuris dictione, visitationi, correctioni Ordinarii loci plene
 in omnibus subiaceant. Intendimus autem in praemissis etiam ultra Italiam, & Insulas
 adiacentes, prout expedire viderimus, proutidre. Decrinites praeentes literas etiam
 ex eo, quod Superiores Regulares, & ceteri quicunque in praemissis interesse haben-
 tes, seu habere quomodolibet pretendentem illis non consenserint, nec ad ea vocati,
 & audiiti fuerint nullo, vnuqua tempore de subceptionis, obceptionis, nullitatis, aut
 invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quodvis defectu etiam quantumvis
 magno, in excoigitato, ac substanciali, siue etiam ex eo, quod in praemissis,
 aliquo solemnitates, & queuis alia servanda, & adimplenda servata, & adimplera
 non fuerint, aut ex quoqueq; alio capite a iure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine
 aliqua refutata, seu etiam enormis, enormousime, & totalis lesionis, aut quoqueq; alio
 colore etiam in corpore iuris clauso, seu occasione, vel causa quantumvis iusta, ratio-
 nabilis, & priuilegiata etiam tali, que ad effectu validitatis praemissorū necessariū ex-
 primēda fore, aut quod de voluntate nostra huiusmodi, & alijs superioris expressis,
 seu relatis nihil ullibi appetet, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalida-
 ri, retractari, in ius, vel controversia reuocari, aut ad terminos latus reduci, vel ad-
 versus illas restitutionis in integrū, aperiōnis oris, reductionis ad viā, & terminos
 iuris facti, gratiae, vel iusticii remedii imperari, seu quomodolibet eōcesso, & im-
 petrato quēpiam vti, seu se iuuare in iudicio, vel extra posse, neq; ipsas præsentes
 sub quibusvis similiū, vel dissimiliū gratiarū reuocationib; suscepionibus, limita-
 tionibus, aut alijs contrarijs dispositionib; pro tempore quomodolibet faciēdis cō-
 prehēdi, sed séper ab illis exceptas, perpetuāq; vaidas firmas & efficaces existere,
 & fore, suoq; pleharios, & integrōs effectus sortiri, & ob: inere, ac per omnes &
 singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurū, inviolabiliter obser-
 vari. Sicq; & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscūq; Indices ordi-
 narios, & delegatos, etiam causarū Sacri Palatij Apostolici Auditores, necnō Sanctae
 Romanae Ecclesie Cardinalis, etiam de Latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis
 auctoritate, & potestate fungētes punic, & pro tempore existētes in quavis causa, &
 instātia, sublata eis, & ori cuilibet, quavis aliter iudicādi, & interpretādi faculta-
 te;

te, & auctoritate iudicati, & diffiniri debet; irritu quoq; & inane si secus super his
à quoquā quavis auctoritate scienter, vel ignoranter cōtigerit attentari. Non obſu-
tātibus, quaenam opus sit, Regula noſtra de non tollēdo iure quæſto, alijſq; Can-
cellaria Apostolica regulis, cæterisq; Cōſtitutionib; & ordinationib; A poſto-
licis etiā in Cōcilijs generalib; editis, etiā ſpecialiter in fauore quartūcumq; per-
ſonarum, atque Ordinū tam Mendicatiū, quam non Mendicantū, Congregationū,
Societatis, & cuiusvis alterius Instituti, etiā Societas Iesu, & Monasteriorū, Con-
ventū, Collegiorū, Domorum, ac locoru Regularium quorūm cūque, necnō illo-
ru etiā iuramen:o, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
ſtatutis, vel cōſuetudinibus etiā immemorabilibus, exēptionib; quoq; Jndictis,
& priuilegijs etiā ex cauſa, & tirulo oneroſo, vel in limine fundationis, & in Mari-
magno, ſeu Balla Aurea, aut aliter nōcuparis ſub quibuscūq; tenoribus, & formis;
& cū quibusvis etiā derogatorijs derogatorijs, alijſq; effigacioribus, & insolitis
clauſulis, necnō irriſatibus, & alijs decretis etiā motu ſciētia, deliberatione, & po-
tentias plenitudine ſimilibus, etiā ad Imperatoris, Regum, Reginarū. Rerum pu-
blicarū, & quorūm aliorū Principum, & personarū quacumq; Ecclesiastica, veſ-
ſeculari dignitate fulgentiū ſeu eorū inuitu, & contēplatione, ac etiā cōſistoria-
liter, & alijs quomodolibet, etiā per viā communicationis, ſeu extenſionis cōceſ-
ſis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis quoad
ea, que prætentibus quomodolibet adverſantur, etiā ſi pro illorū ſufficienti deroga-
tione de illo corumq; totiſ tenoribus, & formis ſpecialis, indiuidua, & de verbo
ad verbū nō autē per clauſulas generales idē importantes mētio, ſeu quavis alia
exprefſio habenda, aut quavis exquifita forma ſervanda eſt, tenores hui almodi,
at ſi de verbo ad verbū nihil p̄enitus omiſo, & forma in illis tradiſa obſervata
inſerti forent, prelenib; pro expreſſis habentes, illis aliis in ſuo roboſe permali-
ris, mo: u: ſcientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus ſpecialiſer, &
exprefſe derogamus, cæterisq; ſcōtratijs quibuscūque. Volumus autē, quod præ-
ſentes litteræ invalus Ecclesiæ Lateranensis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum;
necnon Cancellaria Apoſtolica, ac in Acie Campi Flot; de eadem Vibe publicé-
tur, & affigātur, que poſtquā affixa, & publicata fuerint, omnes, & ſingulos, quos
ille concernunt, perinde attent. & afficiant, ac ſi vnicuiq; eorū nominatiim, & per-
ſonaliter intimat eſſent. Quidq; earumdē præſentium tranſumptri etiā impref-
ſis manu alicuius Notarij publici ſubscriptis, & ſigillo alicuius perſone in digni-
tate Ecclesiastica conſtituta muniris eadē prorsus fides in iudicio. & extra illud
vbiq; adhibeatur, que ipſis præſentib; adhiberetur, ſi forte exhibita, vel oſte-
ſæ. Nulli ergo omnino hominum licet hāc paginā noſtrā ordinationis, extinctio-
ni, ſuppreſſionis, abolitionis, exemptionis, liberationis, reductionis præcepti, mā-
dati, intentionis, reſervationis, applicationis, declarationis, prohibitionis deroga-
tionis, ac voluntatis inſtringeret, vel ei auf temerario contrarie. Si quis autē hoc
attentare præſumperſit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Ma-
riam Maiorem. Anno Incarnationis Domini millesimo ſexcentesimo quinqua-
gesimo ſecundo, Idib. Octobris Pontificatus Noſtri Anno Nono.

H. Datarius.

Registrata in Secretaria Breuium:

Vifa de Curia N. Humberthus

G. Gualterius.

C. Bailly;

Anno à Natiuitate Dñi N.IESV CHRISTI 1652. Inditione quinta, Ponificatus Sanctiss. in Christo Pa-
tris, & D. N. D. Innocentij Diuina Providentia P.P. X. Anno eius IX. die verò 2. mensis Octobris, ſupra-
dicta Cōſtitutio affixa. & publicata fuit in Eccleſia Lateranen. ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vi-
be, ne non Cancellaria Apoſtolica Valvis, ac in Acie Campi Flot; & in alijs locis ſolitis. & conſuetis Verbis
per me Hieronymum Maſcellan S. D.N. P.P. Curs. Pro Mag. Curſorum Laurentius Barbigionis.